IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam. Nos STEPHANVS DEI gratia REX POLONIÆ, Magnus DVX LITHVANIÆ Rußiæ, Prußiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, &c. necnon TRANSYLVANIÆ PRINCEPS Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, præsentibus et futuris, earum notitiam habituris. Exhibuisse coram Nobis Reuerendissimum in CHISTO Patrem dominum GEORGIVM Radziuil Episcopum Vilnensem, in Olyka et Niesuiez Ducem, Literas Patentes, suoipsius ac Generosorum olim AVGUSTINI Rotundi Mielesski, secretarij nostri, Aduocati Vilnen. Stoliceensisq; Præfecti necnon Alberti Przelocki arcis nostræ Vilnensis Procuratoris sigillis communitas, continentes in se Institutionem seu fundationem Collegii, pro adolescentibus alendis et religiose educandis, in vrbe nra Vilnensi, per suam Rmam Dnationem ordinatam. Petiisseq; à nobis, vt in eam ipsam Fundationem seu ordinationem Collegii prædicti, assensum quoq; nostrum præbere, eiq; auctoritateq; et superioritate nra Regia, eandem approbare et ratifi: [illegible] mur. Quarum quidem Litarum tenor de verbo ad verbum hic inseritur qui sequitur, est eiusmodi. IN CHRISTI nomine AMEN. AD perpetuam rei memoriam. Statuit sacrosancta et oecumenica Triden: [illegible] ad retinendum DEI cultum, et ad tuendam propagandamq; Religionem Catholicam, nihil fieri posse præstantius, quam vt in singulis CHRISTIani orbis Diœcesibus perpetuum instituerentur Seminarium, vnde adolescentes [illegible] ad pietatem informetur, optimisq; artibus imbuti, ad Ecclesiastica munera abunda prodirent. Itaq; Nos GEORGIVS RADZIWIL DEI Gratia Episcopus Vilnen. Dux Olycæ et Niesuisii &c. Cu[illegible] cum fructu, tum in Vrbe Romæ, cæteris Vrbium magistra, tum [illegible] in locis instituta, fundataq; essent Seminaria Clericorum, decreuimus in hac diœcesi nostra Vilnen. in qua, magnam esse Sacer[illegible] [illegible] riorum in Vinea Domini incipiunt perspeximus, instituere fundar[illegible] Collegium. In quo certus adolescentum Lithuanorum et Rußiænorum numerus alatur, et religiose educetur. Quomam autem intelligimus munera [illegible] esse oneris iniunctum, vt ex fructibus integris mensæ nostræ Episcopalis et Capituli, ac quarticuiusq; dignitatum, personatuum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, et aliorum quorumcunq; beneficiorum, in Diœcesi nra exis:tentium, partem aliquam vel portionem detrahamus et eam portionem sic detractam, Collegio suprascripto applicemus et incorporemus. quamuis propter temporum præsentium calamitatem, assiduaq; belli aduersus Moschum detrimenta, on: ribus nobis nos augere non debemus, qui supperediti sumptus status nostro conuenientes vix possumus; tamen speranles non esse abbreuiandam manum Domini, qui nos derelinquet opera bona, in ipsius Domini DEI nomine instituimus et fun:damus Collegium Clericorum nostrorum, et pro fundatione ac dotatione, applicamus illi prædium nostrum patrimoniale in districtu Vilnensi situm Woßgielißki nuncupatum. Quod quidem prædium cum hominibus, villis, agris, pratis, pa:scuis, mellificijs, sylvis, nemoribus, mericis, getijs, sarepis, montibus et vallibus, aquis, fluminibus, stagnis, lacubus, riuis, torrentibus, et aquarum decursibus, molendinis et ipsorum emolumentis, cognibus, prouentibus, obuentionibus, pa:bulationibus equorum, venationibus omnium ferarum, aucupationibus, tributis et piscaturis, necnon cum omnibus suis iuribus, pertinetijs et adiacentijs vniuersis, prout nobis si tenuimus et hactenus tenemus, et prout Inuentario manu nra subscri:pto et obsignato comprehenduntur, sponte, deliberatio consilio, et ex certa nra scientia donamus donatione irreuocabili, concedimus et damus in perpetuum, ad habendum, tenendum, et pacifice possidendum præfato Collegio Clericorum, in illud, ac in: uniuersos et singulos per tempora existentes Clericos transferentes vsenam potestatem, et ius dominij, omneq; actiones nras super ipso prædio nobis competentes, nobisq; aut hæredibus vel successoribus nris, nihil in ipso bato iuris relinquen aut reser:uantes. Hortemur autem in Dno fratres nros charissimos Ecclesiæ Vilnensis Prælatos et Canonicos, cæterosq; in Diœcesi nra beneficia qualiacunq; obtinentes, vt suam quilibet portionem præfato Collegio liberaliter promptiq; eroget atq; attribuat. Quod pro sollicitudine officii nri sumus curaturi, daturiq; operam, vt cum ex portionibus supramemoratis et ex CHRISTIfidelium largitionibus atq; eleemosynis, tum etiam ex aliquibus beneficijs à SEDE Apostolica Dominis nostris CLEMENTI Septimo bene memora:te impetrandis iusta eos Fundatio constituatur. Cuius quidem Collegii, DEI beneficio per nos fundati et dotati administrationem, gubernationem et regimen, sicuti sacri TRIDENTINI Concilii Decreto atq; sententia nobis esse commissum cognoscimus, et seri:piam administrationis rationem seruare ad cuius mentem intendimus, ita onus hoc totum successoribus nris per tempora existentibus, et Prælatis, Canonicis, totiq; Capitulo Ecclesiæ nra, diligenter commendamus, illosq; obsecramus, per viscera misericordia IESV CHRISTI, vt huic maximè operi gerendo studeant, faueant et auxilientur, et non solum parta atq; acquisita tueantur, sed etiam addant aliquid ad cumulum, vt maior indies numerus alatur Clericorum et Sacerdotes in hac Diœcesi nostra excrescant, ad laudem et gloriam Omnipotentis DEI, et ad Catholicæ fidei Romanæ cultum et augmentum perpetuum. Quoniam autem hanc Seminarij erectionem, institutionemq; perpetuo firmam ratamq; esse cupimus à SEDE Ap:ca et Catho:licissimo Principe et Rege nro Stephano, nunc feliciter regnante, supplicitet petimus, vt in illius patrocinium et protectionem Seminarium ipsum Vilnense recipere dignentur, et successores nostros hortamur, rogamusq; vt in omnibus Seminarij necess:sitatibus, ad ipsius REGiam Aulam et ad alios successores Reges confugiant, nullois sine illorum assensu deliberent, quod ad Seminarij, et ad ipsius bonorum administrationem pertinet, in quo illorum conscientias districte oneramus. Institutionem diti Cle:ricorum, et collegii moderationem committimus Dno Rectori, et toti Collegio Secularis IESV Vilnen., ipsosq; vehementer rogamus, vt cum bona verna admodum Dno P. Præpositi Generalis Cæt quem ea de re nostras litras dedimus, neq; du:bitamus, quin in eo nobis gratificetur, Seminarij sui curam suscipient. Plenam autem facultatem illis damus tam in oeconomia, quam in vniuersa administratione, illosq; perpetuos Seminarij nostri Gubernatores, administratores et Recto:res facimus et constituimus, illorumq; diligentiæ, industriæ, et charitati vniuersum Seminarium, singulosq; in eo existentes Clericos commendamus. Datum et Actum Vilnæ, in Palatio nræ solitæ Residentiæ, die duodecimo Januarij, Anno Domini millesimo Quingentesimo, octuagesimo Secundo, Decimo Pontificatus Smi D. N. Gregorij XIII. Præsentibus Rmo dno Cypriano Episcopo Metonen. Suffraganeo nostro, Venerabilibus et Prudentibus D. D. Ioanne Jarczewski Decano, Ben[illegible] Custode, Simone Brzezio Cantore, Laurentio Wolski, Thoma Makowiecki, Nicolao Koryzna, Stanislao Goreski, et Marcello Suchodolski, Canonicis Ecclesiæ nostræ, necnon Eximio Iuris utriusq; Doctore domino Augus[illegible] [illegible] S. R. M. Secretario, Capitaneo [illegible] lißensi, Aduocato Vilnen., et [illegible] ac Nobili viro D. Alberto Przelocki, Arcis Vilnen. Procuratore, testibus ad premissa rogatis et vocatis. Petijmus etiam ab eisdem, ut [illegible] Alberto Przelocki, vt huic Privilegio nostro sua sigilla apponerent. GEORGIVS Radziuil, EPISCOPVS Vilnen. Dux olycæ, manu propria. Itaq; Nos ad petitionem præfati Rmi dni Episcopi [illegible] laudem Omnipotentis DEI, ac Reipublicæ augmentum vergere animaduertentes, huic equissimo ac laudatissimo suæ Rmæ Dnationis instituto benigne annuimus et præfatam ordinationem, in omnibus punctis, clausulis, articulis, et [illegible] ratificamus, eamq; ratam et priam habentes, auctoritate nostra regia, in omnibus temporibus, in suo debito robore durare volumus. Atque in premissorum omnium fidem et euidens testimonium, hasce literas, manu nostra subscripsimus, sigillumq; [illegible] Volumus autem et Datum in Civitate nostra Ryzensi, die Tertiadecima, mensis APRILIS. ANNO CHRISTI Domini Millesimo Quingentesimo, Octuagesimo Secundo. REGni vero nostri anno SEXTO. Indictione Rmis, Illustribus et Magnificis, ac Generosis, Melchiore Giedroyc Episcopo Samogitiæ, Eustachio Wołowicz Castellano Vilnensi, Magno Ducatus nostri LITHVANIÆ Cancellario, Brestense et Cobrynense Capi:taneo, Stanislao Bychowiec Radziwiłł, in Dubingi et Dierze Duce, Castellano Trocense Vice Cancellario et Cumulicliore Curiæ nostræ Magni Ducatus LITHVANIÆ, Solecen. Borissouien. Capitaneo. Stanislao Comite de Tarnow Sa:nicki, Nicolao Talwosz Samogitiæ, Temesnen. Radumen. Tituno Bissuaense, Joanne Wolmirski Bolocense, Tenutario Creuen. Joanne Hlebowicz de Dembrowica, Minscense. Thesaurario terrestre et Notario Magni Ducatus Lithua:niæ, Nicolao Tabor de Dumerowica Biecense, Regni Curiæ Referendario, Kelimirense. Georgio Nowizek de magna Kuntczyce Radomien. Sanocen. et Soculense. STEPHANO Groczynski Neickien. Alberto Rogczynski Wawr Joanne Zamoiski de Zamoscie, Cancellario et Exercituum Regni Poloniæ Supremo, Generali CRACOuien. Belsense Kruszynen. Matricibuspolen. Mieczyrzecen. Krzeschouiense Garuolinense Zamechoense, et Ca:stellanis et CAPITANEIS. Joanne Borukowski de Bylino, Vice Cancellario Regni nostri, Præposito Plocen. Lancicienseq; Decano Warschouien. Alberto Barzenowski Secretario Regni maiore, Centore Gnesnen. Lucsoriensi Wla:dislauienq; Canonico. Joanne Tarnawski, Regni Curiæ Referendario, Præposito Wladislauien. Crusnicienseq; Canonico Cracouien. Joanne Demetrio Solikowski, Scholastico Wladislauien. Lancicienq; Custode Sanctomirien. Vincen:slao Agrippa Notario nostro Magni Ducatus Lithuaniæ, Præfecto Niemenaitense. Hyacintho Mledzielowski, Regni Curiæ Tesaurario, Krzeconien. Capitaneo. Matthia Konopacki Secretarijs, et aliis quamplurimis Consiliarijs, Officialibus et aulicis nostris, testibus fide dignis ad premissa existentibus, sincere et fideliter nobis dilectis.

Виленская Публичная Библиотека
Вр-1915

193

Kodak Color Control Patches
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
© Kodak, 2007 TM: Kodak